

41.

Bischof Johann von Meißen incorporirt dem in der Pfarrkirche zu Kamenz zu errichtenden Altar der Jungfrau Maria 10 Mark 6 Groschen Jahreszins, der ihm vom Rathe der Stadt überwiesen worden.

Stolpen, 1396 Juli 31.

5 *Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Kamenz No. 46 mit beschädigtem S. an Pergamentstreif.*

Johannes dei et apostolice sedis gracia episcopus Missnensis omnibus imperpetuum. Ad divini cultus augmentum —. Sane quia nobis certi census annui, videlicet^{a)} decem marche et sex grossi in pagis villarum Wysbach, Piskewiz et Bele, Hongeremsgrabow et in Wese situati, ad laudem omnipotentis dei ejusque matris virginis Marie in-
 10 temerate in dotem ac proprietatem altaris gloriose virginis Marie memorate per magistrum consulum, consules et juratos opidi Camencz — in ecclesia parrochiali in Camencz per ipsos cives erigendi et fundandi^{b)} sunt oblati —, nos igitur — dictos census et redditus in domino gratanter acceptavimus — atque dicto altari beate virginis addidimus —. Rector vero ipsius altaris pro tempore singulis diebus in ebdomeda per anni circulum preterquam
 15 quartis et sextis feriis infra primas missas suas leget et diebus sabbatinis eisdem temporibus predictis sub nota cantare debet. Collacio eciam altaris predicti, cum plebano ibidem competens sit factum restaurum, ad magistrum consulum, consules et juratos — perpetuo pertinebit —. Nulli ergo omnino hominum —. Si quis autem —. Datum et actum in castro nostro episcopali Stolpen anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo
 20 sexto, die ultimo mensis julii.

42.

Bischof Johann von Meißen incorporirt 10 Mark Jahreszins dem von den Bürgern zu Kamenz in ihrer Pfarrkirche neu zu errichtenden Altare der Apostel Petrus, Paulus, Andreas und des Märtyrers Siegmund.

Stolpen, 1396 Juli 31.

25 *Hdschr.: Or. Perg. ohne S. Sammlungen der deutschen Gesellschaft zu Leipzig.*

Johannes dei et apostolice sedis gracia episcopus Misnensis omnibus imperpetuum. Ad augmentum divini cultus —. Sane quia nobis certi census annui, videlicet decem marche grossorum Pragensis monete annui census super stuba balnei in opido Kamencz et in allodio Preticz ac in villa Weze prope Camencz consistentes et jacentes, — in dotem
 30 et proprietatem altaris sanctorum Petri et Pauli atque Andree apostolorum et Sigismundi martiris per magistrum consulum, consules et juratos opidi Camencz — in ecclesia parrochiali in Camencz per ipsos cives erigendi et fundandi sunt oblati —, nos igitur — dictos census et redditus in domino gratanter acceptavimus — atque dicto altari — incorporavimus —. Rector vero dicti altaris pro tempore singulis diebus in ebdomeda
 35 preterquam tertia et quinta diebus per anni circulum infra summam missam, sic tamen quod plebanum in offertorio suo non impediatur, missam in dicto altari tenebitur celebrare.

41. a) videlicet videlicet. b) fundendi.